



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

14 Sponsalia largomodo, quid comprhendant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

matrimonium invito contrahere, quos  
 ipsi domini, vel magistratus illis præscri-  
 bunt, anathematis poenam ipso facto in-  
 currunt, *cap. nullus*, 36. q. 2. & concil.  
 Trid. c. 9. de reform. matr. ead. sess. 24.  
 14. Sponsalia largo modo sunt non solum de  
 futuro, sed ipsam mutui conjugali con-  
 sensus dationem, quam sponsalia de præ-  
 senti dicimus, ex quibus verum matri-  
 monium contrahitur, nuncupamus, *cap.  
 conjuges*, & *cap. qui desponsatam*. 27. q. 4.  
 13. *cap. 3. loco de presump. c. 2. & cap. si de  
 sponsal.* ¶ duo sed magis propria, ac fre-  
 quentior sponsaliorum, & sponforum  
 significatio sunt futurarum nuptiarum  
 promissiones, quas de futuro appellamus,  
 c. *nostrates* 30. q. 5. l. 2. ff. de sponsal. S.  
 Thom. in 4. sent. dist. 27. Abb. in rubr.  
 de spons. num. 3. & ibi Felyn. in princ.  
 16. Duæ enim sunt species sponsalio-  
 rum, una nuda, & simplex, quæ dicitur,  
 cum sponsus sponsæ simpliciter promittit,  
 quod eam ducet in uxorem, & è conver-  
 so, c. *ad audientiam*, & c. *fin. eo. tit. ali.* verò  
 firmata, quæ fit arrhis intervenientibus,  
 vel pignoris loco arrharum datur, ut l.  
*fin.* & ibi Bald. in princ. C. *spons.* & licet à  
 simplicibus sponsalibus pluribus ex cau-  
 sis abique incurso poenæ recedi possit, ubi  
 sponsalia sunt jurata, arrha intervenien-  
 te, & parte petente, iudex ad duplicatam  
 restituendam tenetur condemnare resi-  
 lientem sine causa, gl. *si. in c. gemma. de  
 sponsal. d. l. fin.* & Tiraquell. in tract. con-  
 sist. p. 3. limit. 26. num. 4.  
 17. Recte autem contrahuntur sponsalia  
 per verba de futuro ab his, qui matrimo-  
 nium contrahere possunt, sed inter perso-  
 nas, inter quas matrimonium est prohi-  
 bitum, etiam dicta sponsalia censentur

prohibita. l. *oratio. ff. de spons. exceptata*.  
 te, de qua cum matrimonium ante puber-  
 tatem contrahi non possit, *cap. puberes*.  
 extra de despons. impub. *cap. unic. §. idem*  
 quoque eod. in 6. & instit. de nup. in prin.  
 sponsalia tamen de futuro ante puberta-  
 tem septimo anno completo contrahi  
 possunt; c. *litteras*, & *cap. accessit. codi-  
 tit. de despons. impub.* Si verò ante se-  
 ptennium dicta sponsalia contrahantur,  
 sunt nulla, nisi tacito consensu post sep-  
 tennium convalescant, d. *cap. accessit*, &  
 gloss. 2. in dicto *cap. litteras*, & ibi Abb.  
 in *cap. fin.* & *cap. duo pueri. eodem tit.* &  
 tunc adveniente pubertate, potest etiam  
 sine aliqua causa à prædictis sponsalibus  
 recedi, *cap. de illis*, & *cap. attestaciones*, &  
 ibi Abb. num. 5. de despons. impub. & Co-  
 var. in 4. lib. decret. Epit. 1. par. *cap. 2.*  
 de atat. ad sponsal. requis. num. 2. si verò  
 major septennio contrahit cum puella  
 sex annorum, expectandum est, donec i-  
 psa compleat septimum annum, ut *cap. de  
 illis* 1. *cap. à nobis*, & *cap. duo de despons.  
 impub.* & septennio expleto altero recu-  
 sante iudicio tamen Ecclesiæ poterunt  
 sponsalia dissolvi. d. *c. de illis*, & si verò,  
 ubi etiam gl. in v. *iudicio, de despons. impub.*  
 18. Copula autem carnali subsecuta,  
 sponsalia præcedentia contracta per ver-  
 ba de futuro olim de jure communi tran-  
 sibant in matrimonium per verba de  
 presenti, *cap. veniens. il. 2. cap. ii.* qui fi-  
 dem, de spons. c. *de illis*, & c. *per tuas. de  
 cond. appo. nunc autem secus*, quia etiam  
 carnali copula subsecuta, non transeunt  
 in matrimonium, sed efficiuntur pura, a-  
 deò quòd teneatur Episcopus cognoscere,  
 ¶ an possit etiam per censuram ecclesia-  
 sticam cogere renuentem ex sponsi ad-  
 obser-